
SAVONAROLA

CONTRA HYERONYMUM LIBELLUS.

Mogunt. Jo. Schœffer, c. 1499


P
7
7















H*13386 = 14479
(ma non può essere identifi-
cato con Copinger 4797
perchè quello dice "in car.
romano")

BMC II 479 (IA. 8297)

[Nürnberg, Ambrosius
Huber]





Contra fratrem Hieronymum Heresiarchā libellus et ꝓcessus.



Nosce teipm̄.

Qui potis es sathane versutos scire colubros
Tartareū impunis ire redire lacum.
Elysijs etiam dare tetra cadauera campis
Mincheus. Ethereos ledere parce deos.
Non spinas pia Rhānus alit dū lilia gestit
Pontificem summū quisqꝫ beatus amat.

Sic transit gloria mundi.
Prologus.

Jo. Poggius Florētinus Aposto
lice sedi deuotus. Fratri Hieronymo Sauonarole Spiri
tum sanioris consilij. Licet mihi tecū Hieronyme frater hac
suprascriptiōe vti quādo a Christo seiūctus. Sathaneqꝫ po
testati traditus eo etiam dementie deuenisti. eoqꝫ furoris ꝓ
rupisti, vt pudore tuo honoreqꝫ post habitis iam non per
plexe, sed palam summo Pōtifici. Romaneqꝫ ecclesie bellū
indixeris. acerrimūqꝫ te his hostē obtuleris. Te summe de⁹
qui omniū es creator appello. cuius nutu cuncta reguntur.
cuiusqꝫ bonitate cuncta subsistunt. Tuqꝫ piētissime Christe
qui tuū p̄ciosissimū sanguinē pro humani generis redemp
tione tam alacriter, tam largiter ꝓfudisti miserere inquam
miserere populi tui. Surge in auxiliū ecclesie tue. ne paciaris
oro tunicā tuā illam inconsutilem ita discindi ita dilacerari.
Vosqꝫ sanctissima mundi lumina principes apostolorum
Petre. ac vas electiōis et doctor gentiū Paule expergiscimini
aliqn̄, ac successorē vestrum qui tā inique oppugnatur de
fendite, ꝓ ecclesieqꝫ decore vestro glorioso sanguie stabilire
iā tandē insurgite. Ego mediusfidi⁹ ignoro an oportuniores
illi q̄ʒ nūc supesse possitis. Cū acerrimus hostis Hieronym⁹
Sauonarola imo veri⁹ Antichristus alter indubiā sibi vic
toriam repromittens Pontifici Romano tam iniusta, tam
impia nephariaqꝫ arma impudenter intulerit. At quam
ob causam. Nempe quia insanientē hoīem ad sanitatē mē
tis reducere cupiebat. a recto tramite deuiū ad viam verita
tis redire suadebat boni agens pastoris officiū. Nū tibi hec
satis equa Hieronyme, satis honesta ratio videtur, cur post
posito oī obedientie vinculo. oīqꝫ humilitatis iugo reiecto

(que te maxime ꝓfiteri decet) in tantā insolentiam super biamqȝ ꝑueneris/ vt nō modo cōtra Pontificem bellare sed illum ꝓsternere/ conculcareqȝ cōtendas. O impudentē hoīs audatiā. o temeritatē ingētem. An tibi hoc canones suasere. an philosophi an theologi tuū in animū induxere/ vt tam procaciter/ tam petulāter cōtra christi Vicariū īsilires. Dic sodes vbi nā gētiū hoc didicisti. in quibusue sanctorū libris hoc inuenisti/ vt a pastore tuo totius orbis capite tā leniter dis sideres. tam contumeliose desciscere. Nunc te maiorem illo existimas. Ita vero inquies. nam hoc deus vult. hoc iubet. Rogo te amabo ne mihi succenseas/ si quod sentio libere lo quar. agamꝰ inter nos amice res iā nō iurgijs/ sed rōnibus ventiletur. Obsecro patienter audias/ et quid ad istam amē tiā te impulerit (ita enī appellari pōt) edissere. Cur cū excōi/ catꝰ sis missas/ aliaqȝ diuina officia exercueris. publice ꝗ oī/ bus p̄dicaueris. Dices forsan p̄dicationū tenorē quē impres sum nuꝑ Romā misi credo te minime perlegisse. ibi rei seriē omnē dep̄hendes cur celebrauerim/ cur p̄dicauerim/ lege il/ las et causam scies. Porro num alia te ratio impulit ad hu/ iuscemodi patrāda q̄ȝ que in illis p̄dicatiōibus perstrinxisti. Minime inquies nōne satis digna illa tibi videntur quibus ad id faciendū mouerer. O magne deus vere nunc te delirū cognoui (pace tua dixerim) quid enī stultius dici pōt ijs q̄ in illis ꝑtractantur. vbi dū tuam causam tueris. proteruiam tuam magis accusas tuāqȝ insaniam manifestius detegis. Sāctius hercle fuerat ac iustius te pastori tuo cedere. eiusqȝ mandatis obtemperare q̄ȝ illi cōtumaciter/ superqȝ resistere Nullā enī causam satis dignā in medium afferre potes qua tuā hāc temeritatē apud doctos velare queas ne de imperito vulgo meloqui existimes. Cuius leue ac temerariū est iudiciū cui tu ꝓ viribꝰ studes tua ista somnia ac delirامēta ꝑsua/ dere

¶ Capitulū. i. in quo due rationes principales po/ nūtur contra excōmunicationem Pontificis.

b Vas in eis rationes adducis potissime ad tui erroris excusationem. quibus excõmunicationis iniustitiã ac nullitatem conaris ostendere. Unam quia illã tanq̃z cõtra bonũ publicum latã et cõmunem utilitatem ut nulli⁹ valoris ac roboris reijciendam. minimeq̃z seruandam affirmas Alteram quia tanq̃z charitati aduersantẽ pari modo cõtemnendam existimas. Hec sunt que a te precipue cõtra excõmunicationẽ allegãtur. Nam cetera appẽdices quedã sunt ad corroborationẽ adducte satis quidem leues. paruiq̃z roboris ac momẽti. que stulte ac imperite plebicule faciliter psua deantur. Nũc singulatim partes ambas ex ordine discutiamus ut rei veritas elucescat quã tu falsitatis cuiusdã umbraculis velare conaris licet te veritatis sectatorẽ mẽtiaris. Atq̃z ut a prima tua ꝓpositiõe exordiar. qua astruis excõmunicationẽ nõ tenere cõtra bonũ publicũ latã et cõmunẽ utilitatẽ. hãc vero cũ sit eiusmodi nõ arctare. Ego me hercule hoc nõ negauerim. neq̃z sane mẽtis est quispiã qui assumptũ hoc inficiari valeat. Preceptũ enĩ cuiuscũq̃z superioris peccatum inducens inualidũ prorsus est atq̃z inane. quod vero excõmunicatio p̃missa huiusmodi sit ut peccatũ nutriat nemo asseret nisi veritatis ignarus. quã ut omnib⁹ innotescat breuiter explicabo.

Capitulũ. ij. Quare fuerit Hieronym⁹ excõmunicat⁹. Enarratio.

f Uperioribus annis cũ Florentiã nescio quo nã malo illius omine applicuisses. in diui Marci conuentũ diuertisti. ibiq̃z tuo astu. tuaq̃z ipocrisi multorũ tibi beniuolentiam prius concilians eorũ intercessione effecisti ut conuent⁹ nõnulli a congregatione lambardie disiungerentur. ad arctioremq̃z disciplinam reducerentur. Id autem cũ post modum Cardinali Neapolitano ordinis protectori Pontifici q̃z Maximo eius interuentione placeret. tuumq̃z hoc lauda

bile opus valde probarent, credentes q̄ quidē facere rem ti-
bi pergratā. complures alios Ethrurie cōuentus ab eadē cō
gregatiōe segregarūt. in vnūq; corpus redigentes, ad stric
tiorē similiter regulam reducere voluerūt illorū instar quos
tu antea reformaueras. nonecq; huic congregationi Vicari-
um generalem ad certum tempus duraturum prefecerunt
ita vt sub eius obedientia tu etiam vna cum reliquis conuen
tibus permaneres. hoc cum tu recusares ambitionis stimu-
lis agitatus. indignecq; ferens alium tibi in Vicariatu prela
tum. Pontifex vt Vicario debitam obediētiam exhiberes te
benigne p̄monuit. Quod cū renueres nulla legitima causa
subsistente volens diuinumcultum etiam te auctore ampli-
ficare, sub excōmunicatiōis late sentētie pena, vt gestis hu-
iusmodi consensum prestares. Vicarioq; subesses te iterum
monuit. quod cum etiā obstinatissime recusares videns tuā
manifestam proteruiam vel vt contumacem, apostoliceq;
sedis rebellē in excōmunicationis sententiā incurrisse declara
uit, perq; sua breuia Florentie id publicari mandauit. quod
et factum fuit. Is est rei ordo compendiose narratus. Nū
recte quispiam poterit iudicare, excōmunicationē fuisse cō-
tra bonum publicū latam et cōmunē vtilitatem vt tu vulgo
isti rudi, ac imperite plebi persuades ac pfaciliter. An vero
tu potius contra bonum publicum egeris diuini cult⁹ aug
mentū impediens, ac religiōis propagationē vetans. Num
etiā censeri poterit p̄ceptū hoc cōtra proximi charitatē vt tu
falso autumas (libet enim nunc quod secūdo loco ad tui ex-
cusatōnem adducis referre) Siquidem ingenue fateor non
tenere quod contra dei vel proximi ordinatam charitatē p̄ci
pitur. Quod autem id tale sit quilibet sane mentis inficiabi
tur. quin potius egisse te simul cōtra publicā vtilitatē. simul
etiā cōtra charitatem perfaciliter iudicabit.

¶ Capi. iiij. quo prima principalis Hierony
mi ratio confutatur.

p Rimum manifeste apparet/ dum tu popellum istum Florentinum miserum hercle tuis mendacijs. tuis prestigijs. tuis fanaticis allucinationib⁹ ad tantam discordiam. tantaq3 dementiã impulisti/ vt filius paterne voluntati aduersetur. vxor viro contrarietur. fratres inuicem dissideant. tota deniq3 ciuitas intestinis odijs referta publicum bonum. cõmuneq3 negligat vtilitatem. Quid eni boni aut vtilis i ea re publica esse põt. in qua nulla sit ciuium consensio. nulla vigeat libere loquendi cõsulendive facultas. Dudum eni puerorũ infinitatem parasti. quibus grandem quandã felicitatem pollicitus ad tua eos stipendia cõduxisti vt illorum furore ciues bonos ac prudentes tuis dictis cõtrariantes continuo deterreres. Hec est illa consensio. illa vnanimitas. pro qua tu psalmum illum Ecce q̃3 bonum. facis quotidie a tuis fratrib⁹ decantari. Cum vere nil aliud queras nisi discidia. nil aliud velis nisi seditiones acerrimas. tuiq3 sectatores studeas parare q̃3 plurimos. quorum fultus presidio possis contra Romanã ecclesiam/ eiusq3 prelatos insurgere. tibiq3 ex hoc magnum nomen ac gloriam cõparare. Quod Arrius. Nestorius. Manicheus. permultiq3 heretici factitarũt Horum vero malorũ tu solus causa es tu origo tu fundamentum. At qui si diceres populum prius lasciuientem p̃dicationibus tuis ad meliorem vite frugen redijsse. bonumq3 ac rectum viuendi modum suscepisse. Non eo inficias pmulta bona documenta te tradidisse. verũ quorsum illa pertuleris rerum exitus docuit. Nempe vt sub virtutũ ac sanctimonie cuiusdam vmbraculis quo velles vulg⁹ illud perduceres. oportuit enĩ ei te virtutũ viam/ ac bonorũ morum disciplinam vel vt offam quandam/ qua caperetur obijcere. Nam si aliter egisses/ nullam fidem tuis verbis adhibuisset. Perbelle mihi crede aptasti omnia/ plebiculã illã in tua vota pelliceres. Porro inquies Magnates esse cõplu

res qui te sequũtur, viros hercule prudentes ac doctos. Ve
hementer Hieronyme inquam aberras si id tibi p̄suades.
simulant enĩ pleriq̃ tuis verbis credere auram popularem
captantes vt magistrat⁹ atq̃ honores adipiscantur. qñqui
dem hec omnia populi inditio atq̃ arbitrio demandantur
hunc tu quouis p̄ facaliter versas dum te dei prophetam ap
pellas. dum illius colloquio te frui asseueras. dum tu mira
bilium quorumdã futurorũ p̄tertu illum aut metu deterres,
aut vana spe inflas. qui si ad pristinã mentis sanitatẽ redibit
qñq̃ (rediturũ vero cõfido) vereor ne lapidib⁹ obruaris.

Capi. iiij. quo Hieronymi prophetie falsitatis conuincuntur.

Inq̃ si tua que totiens predixisti diligenter per
vestigentur luce clarius apparebit te nedum pro
phetam vt iactas. sed mendacorum ac somnio
rum offitinam quãdam posse rectius appellari. idq̃ etiam
te iudice si me patienter audies efficacissime cõprobabo. Ple
raq̃ enĩ afferam quibus manifesti mendacij reus dilucide
argueris. vtq̃ a nouissimis ordiar. Nõne proximis men
sibus Carolo Stroctio deuoto tuo ad mortem egrotanti
palliolum tuum misisti. quo amictum statim illum sanan
dum predixeras. at is q̃ primum illud tetigit vitam exha
lauit. Cosme etiam Oricellario, compluribusq̃ alijs infir
mis illud mittendum curasti, quibus exitiale fuit. adeo vt si
quempiam perire cuperẽ palliũ tuũ illi transmitterẽ. Equi
nũ Seiani, auriq̃ Tolosani vim habet. Johãnem Picum

Mirādulanū cōualiturū publice affirmasti ex infirmitate
qua postmodū intra triduū post tuā prophetiā expirauit
licet tu mendacium tuū conatus sis nouis figmētis postmo
dū palliare/ frusta tn̄ aput viros prudentes qui te primitus
audierunt. Idem et Petro Vectorio euenit intra breuissimū
temp⁹ extincto postq̄ʒ ei corporis sanitatē promiseras. Ro
mane vero vrbis ruinā atqʒ euersionē (quod omen pri⁹ in
caput tuū reducet) quotiēs affirmasti futurā p̱ quā celerri/
me neqʒ id tu illi⁹ in ore tuo semp̱ versati (cito et velociter)
velamento quomodolibet tueri poteris/ quod milia annorū
aptū est cōprehendere/ quippe dies numerari iussisti. ac oī/
bus qui te audiebant publice dixisti vt scriberēt. Florentinis
Rome tū cōmorantib⁹/ in patriā q̄ʒ maturrime remigrarēt
vix enī eis forte colligendi sarcinulas facultatem ni propera
rent. verū bienniū iam est elapsum quo hoc somnium ꝓtu
listi. et tn̄ dei benignitate sospites sumus. melioriqʒ etiam
in futurū spe viuim⁹. Nisi forsan asseras ob nostros mores
in melius cōmutatos deū destinatū exitiū reuocasse. Quod
si est/ maioris iam mendacij cōuinceris/ quando nos indies
deteriores factos tuis nouissimis predicationib⁹ affirmasti
Gallorū in Italiam transitū nec tu vnq̄ʒ p̄dixisti. nec quisq̄
id ex te vnq̄ʒ audiuit. Bene barbaros quosdam ad Italiā
vētur os dixisti. sed qui illi forēt Galli/ an hispani/ germani
an Turci penitus tacuisti. Id vero in multis ꝓphetijs an
tiquis iam pridem p̱legi. quarū non nulle de Francis etiam
specifice loquebātur. quas reor fuisse tibi incognitas. Si enī
illas vidisses de gallis quoqʒ dixisses/ nisi forsan cauti⁹ hoc
subticuisti/ vt si qui alij barbarorum in Italiam ꝓrupissent.
de illis te sensisse asseuerares/ vt de Francis fecisti. Ita ne ti
bi hanc laudem astribas/ neqʒ tantum arroges. quia nō hoc
tibi soli reuelatum est. sed alienas ꝓphetias tibi attribuisti
vt ꝓphete nomen ac famam apud stolidū vulgus assequer/
reris/ quod iam pridē sup̱bissime vsurpasti. Hos tu Frācos

rex francie
[illegible]colus

inquam vrbem diruturos asseruisti. Clericorumq; ac prelato-
rū sanguinē/ cedeq; Romanā ecclesiaz reformaturos. Im-
prudenter hercle nimiū/ insulsiterq; locut⁹/ velut gallicano
rum ingeniorū prorsus ignarus. Rerū euentus mēdacium
tuū/ tuasq; nugas patefecit. Regem ipsum Carolū amplū
regnum adepturū dixisti. ac post illius acquisitionē/ At nō
dixisti hunc cito illud perditurū Francosq; oēs in Italia re
lictos alios ferro trucidandos. alios fame/ venenoue necan
dos. alios vndis submergendos. ad vnū demū interituros
Dices forsan deum tibi hec non reuelasse. Porro num hoc
negabis reuelasse tibi/ Florentinos Pisas/ aliaq; amissa op
pida recuperaturos actutū. que intra pugnum te cōtinere
iactabas. Si Florentinam ciuitatem amas vt p̄fers cur pug
num nō aperis. cur illi amissa non reddis. Maliuoli hercle
est atq; inuidi non prestare beneficium egenti amico cū pos
sis. Spes enī (vt ait Sapiens) que differtur affligit ani-
muz/ Quod si hoc in tua potestate non est vt illa restituas
cur id palam predicasti. cur fatue plebicule id p̄suasisti nisi
vt tu inani quadā spe pecuduz more quo vis illaz perduce-
res. An tu Gallorū fidei credere debuisti/ vt eorū promissis
impulsus ea populo vaticinia proferres. Num cogitare de
bueras eos id egisse vt tuis exortationibus populum istum
in fide regia deuinctū teneres. Imprudenter sane fecisti eo
rum pollicitationibus credere. qui nec iurati quidē fidē ser-
uarūt. suo illā cōmodo tātūmodo mētiētes. Neq; ꝓpterea
plebē credulā ꝓphetijs tuis seducere debueras vt fecisti Gal
lorum verbis innitens. Prudentes quidem viros mihi crede
minime delusisti quippe qui nunq̄; tuis somnijs credide-
rūt Perituros quoq; asseruisti qui tibi nō crederēt fere oēs
ex tuis vero paucos Porro ex tuis longe plures occubuere.
Mūdi preterea totius ad Christum conuersionem futuraz
predixisti ac non longū intra tēpus. Multos enī affirmasti
qui tunc te audiebant hoc visuros. Id quidē ego vt falsum

reprobare non ausim. verũ de mundi etiam fine dixisse debueras quo tempore conuersionem hãc futurã viri sancti dixerũt. Hec sunt ille prophetie tue quas tantum iactas tantumqꝫ extollis anilibꝰ fabellis, puerilibusqꝫ deliramẽtis persimiles. Hec est tua noua illa doctrina quam a deo quo cũ familiare habes colloquiũ velut Moyses alter aut Paulus accepisse te gloriaris. sacrãqꝫ scripturam ad tuas allucinationes astruendas in varios atqꝫ inauditos sensus licet ridiculos sepius trahis, diuersos penitus ab his quos sancti doctores prodidere. Hec est illa tua scientia Cabalica quam tam pridem edoctus paraueras cum plerisqꝫ complicibus nouam sectam inducere ecclesiamque subuertere.

¶ Capi. v. q̃re pontifex Hieronymo predicationẽ inhibuerit. quod de iure facere potuit ac debuit.

Id autem cum Alexandro. vi. pontifici sapiẽtissimo innotesceret benigne prius te monuit vt ad illum accederes cupiens huius noue doctrine. nouiqꝫ lumĩs veritatem inquirere. Id cum tu facere recusares, varia impedimenta, ac leuia causatus veritus. Pontifex simul nouũ aliqd ac prenitiosum dogma in ecclesia excitari. simul etiã veritus ne q̃ Florentie ob tuas predicationes dissidiorũ materia oriretur. cum tu asperrimis maledictis ac minis tuis fabulis non credentes acerrime ꝑsequereris tepidos eos dẽ

appellans. vulgiqʒ inuidiam contra eos tuis prestigijs iā seducti quotidie concitares. illisqʒ velut hereticis a deoqʒ reprobatis infestum reddere totis viribus契 niteris- predicandi tibi officio interdixit. Num propterea contra bonum publicum aut charitatem fecisse dicetur. Nonne potest pōtifex vt omne seminarium scandali- seditionisqʒ tollatur vni homini predicandi munere- aut celebrandi officio ad tempus presertim interdicere. Quinimmo potest et toti ordini tuo ne predicet interdicere. Nam predicandi officium de iure solis Epīs competit qui in locum apostolorū successerunt. ac presbiteris animarum cure presidentibꝰ. Illis enī solis dictum est in personis apostolorum. Ite et predicate euangelium omni creature. Minoribus autem et predicatoribus ex priuilegio Clementis. v. in consilio Viennensi indulto predicandi munus competit. Certum est autem posse Pontificem priuilegium vel a se vel a predecessore concessuʒ ad libitum reuocare hoc tam leges q̄ʒ canones omēs affirmant nisi forsan illos fastidias. Quod si est- ante prohibitionem etiam nullatenus predicare debueras. cum id munus tibi nisi ex pontificia permissione prius nō competeret Ait enī apostolꝰ quomodo predicabūt nisi mittātur. Potuit ergo multo fortius tibi predicandi officium auferre. quod licet in se bonum sit. deserendum tamen tibi erat propter obdientie bonum qḋ illi preponderabat- dicēte Gregorio- vt etiam refert Gratianꝰ. Licet pro obediētia nūquam malum fieri debeat. aliquando tamen per obedientiam debet bonum quod agitur intermitti. Itaqʒ fateor equidem sanctam esse diuini verbi predicationem. sed ita demum nisi fiat contra superioris prohibitionem. ac presertim Pontificis cui omnino est parendum- licet vix ferendum nobis ab eo iugum imponatur. Contra morem quippe ecclesiasticum est si non patientissime tolleatur quod a nobis absit etiam iniusta correctio. vt inquit Gregorius et refert Gratianꝰ

Gratianus. Num in diocesi epi eo inuito quisq3 predicabit nisi sup hoc habeat expressam a papa licentiã. Num Adam peccauit quia fructũ comedit. an quia diuinũ p̄ceptũ cõtempsit. Nullum enĩ erat in esu fructus peccatũ diuina ꝓhibitione semota. Sic p̄dicatio licet in se bona existat cum sit contra supioris p̄ceptum p̄dicanti obest non parum. Poteras p̄terea alibi quam Florẽtie p̄dicare quod tibi minime pontifex inhibuisset.

¶ Capi. vi. Qđ excõmunicatio fuit iusta et dato q̄ iniusta ligat. illiusq3 transgressio peccatũ inducit.

n Ec video qua fronte queas excõmunicationis iniustitiam accusare. Cũ vt p̄dixi ob manifestã cõtumaciam cõtra te fuerit ꝓmulgata. Age vero fac iniustã vel ex causa vt tu asseris vel ex ordine. Ex causa, vt quia Papa mãdasset tibi vt a p̄dicatiõe cessares velut scãdali in populo ac discordiarum satrice. vel quia dixisset in excõmunicatione q̄ te excõicabat quia citatus cõparere nolueras. Vel quia illius mãdatis parere recusaueras. Certe si ꝓpterea excõicatus fueris etiã si cause ille false forẽt que excõicantẽ mouere, huiusmodi sentẽtia cũ ius partis cõtineat tenet, nisi in ea notorius iuris error vel facti exprimeretur vt quia excõicaretur mulier ob adulteriũ cũ ĩfante ꝑpetratũ, vel aliquod mãdaretur qđ manifestũ ĩ se peccatũ cõtinerert. Sufficit enĩ ad validitatẽ excõmunicationis causam expressam potuisse esse veram licet in veritate sit falsa, non tñ notorie et manifeste falsitas illiꝰ appareat. Hanc opinionem tũ canonum interpretes, tum etiam theologi pro vera vnanimiter comprobarunt. ac precipue. Thomas Aquinas tue religionis professor celeberrimus. Idem etiam iuris esse cum debitus ordo non seruatur nisi post appellationẽ legitimã lata foret p̄dicti affirmant.

Num ergo tu propter hec debuisti excommunicationē contemnere. An nescis illam pro medicina quadam pberi. que licet iniusta si cum humilitate seruetur proficit ad meritum Si vero cōtemnitur nocet ad interitum. et vbi prius erat iniusta ex contemptu iustificatur. Perlege canones perlege iuris pontificij doctores ac theologos quid senciāt. reperies qꝫ verum esse quod scribo. Nec pdictis aduersatur Gelasi⁹ quem pro te allegas si ad sanū sensum velis illius dicta reducere. neqꝫ puerse interpretari. lege Vrbanum pontificem dicentem Epi sententiam timendam licet iniuste liget. si ligamen inducit. ergo absolutionē requirit. Gelasi⁹ autē loquitur vel secundum Johannem glo. Qñ ab heretico quis excōmunicatur. quo casu sentētia huiusmodi nulla est. Vel secundum Jsidorum Gelasij dicta interpretantē. Quādo ob nō perpetratum delictum sibi imperatum quis excōmunicaretur. alioquin snīa etiā iniusta tenet. ac duplici quidem ex causa. Vna vt hō crescat p obedientie meritum. Altera vt claues ecclesie in maiori reuerētia habeantur quas cōtemnere videtur qui q̄ꝫprimū pōt absolutionē nō petit. Tu vero nec te illā petijsse nec esse vnq̄ꝫ petiturū affirmas. Equidem ignoro quis legum canonūue peritus nisi forsan infensus cōsiliū tibi hoc pniciosum pstiterit. vt contēptis apostolicis clauibus in tantū malorū precipitiū te cōieceris diuina oīa temerarie ptractando. Doleo medius fidius vicem tuam qui cū vir doctus semp fueris reputatus in hanc amētiam furoremqꝫ deueneris vt etiam illos hereticos atqꝫ excōmunicatos appelles qui te excommunicatū putant. eaqꝫ etiam in vulgus disseminas.

¶ Capitulū vij. referens rōnes Hieronymi quibus nititur probare excōmunicatum atqꝫ hereticū qui obstinate tenet excōmunicationem valere.

c Compluribus autem rationibus hoc astruis. atq; ita
fragilib⁹ vt satius foret atq; vtilius iis minime respō
dere. nam fundamenta quedā ab illoꝝ corroborationem
adducis que paucis recensebo. quoꝝ solutio pōt maiori ꝑ
ꝑte ex premissis faciliter apparere. Quippe idem sepius re-
petis licet diuersimo de. Primum enī Pape circūuentionem
aut maliciam ad excōmunicationis vires eneruādas addu
cis. Tū boni publici pessundationē magneq; in vrbe Florē-
tina tyrannidis sementem. noue p̄terea tue doctrine. istiusq;
tui noui luminis excidiū. Si enī a predicatiōe cessares quot
quot prius tuis p̄dicationib⁹ cuiusq; sexus. etatisue ad opti
mū viuendi cultū induxeras ad peiora dilaberētur. diuini
quoq; regni diminutio sequeretur. qđ quilibet debet ꝓ viri
bus augere. diaboliq; imperiū cresceret. qđ deprimere qui-
libet debet. Multi enī ob has p̄dicationes ad rectam xp̄i fi-
dem cōuersi sunt. multiq; prestantes viri doctrinā hanc ꝑ
orbē late iam vagātē vt honestā ac salutarem philosophie
legibus canōicis sanctiōibus- scientiis demū ceteris magno
pere cōformē laudarūt atq; ꝓbarunt. que si rueret Christi
fides periclitaretur. Quippe nō eē amplius ꝓphetis creden
dū omēs asserent. christianāq; fidem commentitiā existima
rent. Morū insuꝑ correctionem- reformationēq; doctrine
huius p̄dicatio cum inducat- et ad bene recteq; viuendum
disponat Quid aliud struit ei⁹ prohibitio nisi vitiis et scele
rib⁹ fomenta prestare. Hec tu ad tui excusationem astruis.

Capi. viii. Quo premissis rationib⁹ respōdetur.

n Non possum edepol Hieronyme frater te nisi miserum
atq; infelicē appellare qm̄ tuum delictum ita firmiter
defendis. ita obstinate tutaris- vt ꝓ huiusmodi pertinatia
velle te dicas vitam ipsam effundere. aliosq; etiam exhorte
ris- pro huius p̄uicatie defensione vereantur oppetere- eter

nam iis velut martiribus beatitudinē repromittens. pusilla nimesq3 cōfortans. quod certe quid est aliud q3 illos ad arma accendere. q3 nouas seditōes discordiasq3 parare. dū studes tue pteruitatis satellites adipisci q3 plurimos. Primū hoc mihi pacifice respondeas velim Hieronyme. Quis tuam hanc doctrinam approbauit quam late dissemina tā affirmas nisi cecū vulg⁹ ac stolidum. Cui Maumetis instar mūdanā felicitatē repmittis vt tue stulticie astipuletur. nam sapientes tua iampridē somnia deriserūt. Porro doctrina tua aut ea continet que tum in veteris. tum noui testamenti scripturis produntur aut aliquid extra tibi nouiter reuelatū. Si que in illis tradita sunt pdicas cur nō eadem alius pdicare poterit scripture sacre peritus. Cur tu illam doctrinam nouam affirmas. Cur tibi tantum arrogas vt nulli potestatem hāc retrahendi a vitiis homies nisi tibi vni cōcessam existimes Quod si noua tm̄ pdicas. tibiq3 tantū reuelata. conuertendiq3 ad meliorem frugē mortales facultatem concessam asseueras. verumq3 te pphetam appellas. quem de⁹ ad orbis reformatiōe3 elegerit. Num tibi dicenda credendum est asserēti a deo te missum eiusq3 colloquio frui absq3 vllius miraculi patratione aut veteris noueue pagine testimonio. Pontificis ergo boni officiū est hoc cognoscere diligentiusq3 rimari. eo psertim cum te mortali corpore celos penetrasse. Deūq3 ipsum omnipotētem ac totā trinitatem vidisse. Angelicos etiam Choros sanctorūq3 ordines psperisse asseuerares. Paulum ipsum electiōis vas lōge in hoc superans. quippe qui semet ignorare fateatur an in corpore vel extra corpus deum viderit. Doctores etiam ecclesiastici Pauli raptum anime a corpore abstractionem quandam fuisse opinatur. Tu vero corpore ipso celos trāscendisse te pfiteris. licet postmodum ad saniorem mētem reuersus epistola quadā tuo nomine inscripta id retractaueris imaginationem quandam seu somniū fuisse affir

mas. Cui simile me quoqȝ pluries somniasse recordor.

¶ Capitulum. ix. quo concluditur Hieronymum fecisse contra publicum bonum.

Aggrauit ne igitur prudētissimus Pōtifex si te accersiuit vt mirabilā hec cognosceret tueqȝ doctrine veritatem indagaret. An id egit vt tyrānidē Florentiam intromitteret vt tu impudēter garris. cū illi paterno amore afficiatur. An potius tū charitate erga illam. tum zelo fidei ductus vt scismatis. nouiqȝ ac pestiferi dogmatis semīaria tollerentur. An vt scandala in populo sereret. an vero magis vt rixas discordiasqȝ sedaret p̄dicationē tibi interdixit. Cuius opus licet in se bonū sit ac sanctū cessandum tñ est si esset discidia paritur ū. Sanctissimi illi viri Franciscus ac Dñicus. quorum alter minorū. alter tui ordinis fundator fuit. cū nouā viuendi regulā vellēt inducere. sine summi Pōtificis approbatiōe id facere noluerūt. ad eiusqȝ p̄sentiam venientes magna cū humilitate suā viuēdi normā illi aperuere. apostolice sedis iudicio infirmandam vel approbandam. Quod et tibi faciundū erat si bone mentis fuisses. nec a sanctorum institutis deuiare voluisses si doctrina tua ex deo erat. Nec tibi quorūuis inimicorū insidie pertimescende erant. ex quo vt asseris tecū est dominus. Scriptū est enim. Dñs sit mihi adiutor et nō timebo quid faciat mihi homo. Dñs sit mihi adiutor et ego despiciam inimicos meos. Et Apostolus inquit. Si deus ꝓ nobis quis cōtra nos. Et alibi. Non timebo milia populi circūdantis me. vt tu in vnius tuorum sermonū p̄fatione dixisti q̄muis etiā tuta itio ac reditio promissa tibi fuerit a pōtifice qui auebat tui istius noui luminis ac sancti particeps fieri. Nulla ergo tergiuersatione potes pertinatiam tuā defendere. Si tu verus propheta esses aut verus Apostolus illorum etiam vestigia imitareris. qui a deo

cōfortati· īnfidelium Regum ac Principum cōſpectum mi
nime formidabāt. quinimo ſe vltro illorū p̄ſentie offerebāt
vt eos ad ſanam viā rectamq̄ʒ deducerēt. Verū tu pſeudo
propheta· falſuſq̄ʒ appoſtol⁹ cū ſis tibi cōſcius Chriſti Vi·
carium ab eo tam benigne humaniterq̄ʒ vocat⁹ adire hacte·
nus formidaſti. Qui etiā petenti veniam ſi erraueras igno·
uiſſet. Sin minus tuā hanc doctrinā vt ſanctā· ac chriſtico
lis cūctis ſalutiferā cōprobaſſet. Sicq̄ʒ manifeſte apparet
te omni modo cōtra publicū bonum egiſſe· non Pōtificem
ad ſanā te mentem reducere properantem.

¶ Cap. x. Cōfutatio ſecunde rationis principalis.
qua oſtēditur Hieronymū feciſſe cōtra charitatē.

n Vnc partem alterā principalem abſoluam⁹. An tu
magis cōtra charitatem feciſſe videare cōgregationē
nouiter factā cōtumaciter reſpuēdo. an Pontifex cōuentuū
ethruſcorū reformationē inducēdo. Equidē reor te multū
erraſſe deuiaſſeq̄ʒ a charitate nō parū. atq̄ʒ illud imprimis
vt nouiſſimū p̄ſuppono cūctis qui Canonū penit⁹ nō ſunt
ignari· diſponendi de rebus eccleſiaſticis pleniſſimā Pōtifi
ci facultatē cōceſſam abſq̄ʒ diuini tn̄ naturaliſue iuris ſub·
uerſione. Pōt ergo legitima ex cauſa parrochias aut dioce·
ſes diuidere. illas itidē inuicem aggregare. alterā alteri adne
ctere vel ſubijcere. Clericū vel epiſcopū de loco ad locū trāſ
ferre. Religioſum vero qd̄ voluntatem ꝓpriam abnegarit
pōt inuitū etiā arctiori regule mancipare. in ꝑpetuāq̄ʒ clau
ſuram redigere. ac rurſus quo vult dimittere. hoc eſt ꝓpriū
ſedis apoſtolice priuilegium. qd̄ qui conatur auferre vt ait
Nicolaus Pontifex ſanctiſſim⁹ ī hereſim labitur. Id vero
cū tu cōtumaciter nimiū ac ſuꝑbe ꝑturbare paraueris. quid
aliud q̄ʒ hereticus es cenſendus. Chriſtiq̄ʒ hoſtis acerrimus
videris ergo cōtra charitatē peccaſſe. ¶ Charitas enim iuxta

apostolū nō agit ꝑperam) nō papa qui potuit lege permit
tente/ te ac Religiosos tuos de vno loco ad alium etiam inui
tos trāsferre publico bono id precipue suadēte/ ac eodē ordi/
ne minime immutato. Porro cum fratres illi reformationem
expeterent. vellentq3 ad meliorem vite frugem redire. necnō
qui eos in rectam viuendi normam reduceret humiliter pe/
terēt. tuiq3 conuentus fratres ij erant quorum sanctimonia
optimisq3 institutis edocti. verā Christi viam agnoscerent.
Nonne si hoc denegasti cōtra opera charitatis fecisti. In/
ter opa enim charitatis/ vt sacri Conones testantur nō mi/
nimū est errātem ab erroris sui semita reuocare. Nō parua
est etiam elemosina errantē in viam reducere veritatis. Pre/
terea q̄ errantem cum potest ab errore nō reuocat/ se quoq3
erare demonstrat. Consentire quoq3 videtur erranti vt ait
Gregorius qui ad resecanda que corrigi debent nō occurrit
At q̄ negas in ptāte tua hoc fuisse/ cū illi nollent huic operi
cōsentire. neq3 te cogere potuisse inuitos/ ꝓpptereaq3 Ponti
ficis preceptū minime tenere/ velut continens in se rem que
nullo modo expleri possit noluisseq3 ꝓpterea illos deserere.
Indigna sane est hec purgatio/ cum tu saltem Pontificis
mādato parere debueras. neq3 si illi errabāt tu errori hmōi
consentire. Error enim vt ait beatus Innocentius cui nō re
sistitur/ approbatur. Cumq3 illis presis/ ac quo vis eos fa
cile trahas/ si id ex negligentia omisisti ad hoc opus induce
re/ errasti. Ait enim idem. Negligere cū possis pturbare per
uersos nil aliud est q̄3 fauere. Itē Anastasius et Damasus
papa. Qui potest obuiare et pturbare peruersos et nō facit
nil aliud est q̄3 fauere impietati erorū nec caret scrupulo soci
etatis oculte q̄ manifesto facinori desiunt obuiare. Augusti/
nus etiam sup psalmo. lxxxi. Qui desinit obuiare cū pōt cō
sentit. Itē et Leo papa. Inferiorū inquit ordinū culpe ad
nullos magis referende sunt q̄3 ad negligentes/ desidesq3
rectores. Johannes etiam papa. Culpā ait facientis habet

qui quod pōt negligit emendare/ et latū pandit delinquenti bus aditum qui iungit cum prauitate concessum. Debuisti ergo quantum in te fuit mandatum Pontificis adimplen dum curare. Quod si eos ad hoc inducere nequisses/ deserere illos debueras nec te illorum consortio maculare. Nā vt ait Isidorus Qui alterius errori cōsenserit sciat se cū illo simi li mō culpabilē iudicandum. Sin vero ex cōtemptu hoc ne glexisti/ certe graui⁹ deliquisti suprioris voluntati superbi ter resistendo.

¶ Capitulū xi. quo Hieronymi rationes confutā tur. ostenditurq3 cōtra charitatem egisse.

a Is insup noluisse te consentire idcirco ne fratres tui viri boni ac sancti malorū imixtione cōtaminarentur/ dicente Apostolo. Modicū fermenti totā massam corrūpere Verū nō recte intelligis apostoli dictū de icorrigibili et impe nitēte prorsus loquentis. Sup quo audi obsecro quod Hie ronymus scribat in Osee interptatione. Nō est culpandus inquit Osee ppheta si meretricem quā duxit ad pudicitiam cōuertit. sed poti⁹ laudand⁹ q ex mala bonā fecit. Nō enim qui bonus pmanet polluit si societur malo. sed qui malus est in bonū cōuertitur si boni exēpla sectetur. Ex quo intelli gim⁹ nō pphetā pdidisse pudicitiā fornicarie copulatū. sed fornicarā sumpsisse pudiciā quā ante non hēbat. hec Hiero nymus. Cui ergo fratres cum boni viri reputati sint pote rant alios ad bonum conuertere/ vel potius tam conuer sos suis sanctis operibus in bono proposito confirmare. quid tu impediens nō potes nisi inuidus et maliuolus iudi cari. Charitas enī nō emulatur nō est ābitiosa. nō agit p perā nō querit que sua sunt. Christ⁹ pterea cū publicanis et pecca torib⁹ mādūcabat vt eos Lucri faceret Licitūq3 ē vt ait Chri

ſoſtom⁹ ſuper epiſtola Pauli ad hebreos. Chriſtianis cum infidelibus cõuiuiũ quo poſſint eos ad veritatem cõuertere. quando magis religioſis cum religioſis cõuictus pmittitur pcipue rectam viã ingredi cupientib⁹. Nõ video hercle quõ poſſis in hoc te purgare. Cõtra charitatem etiã peccaſti nõ modicum· qui licet ex tua pdicatione magnũ in populo ſcã-dalũ futurũ cognoſceres· nihilomin⁹ predicare voluiſti· ac quotquot falſis tuis argumentis excõicatiõis nullitatem p-ſuaſiſti· pro eorũ culpis apud deũ aſtrigeris. Cũqz in manifeſtũ errorẽ illos induxeris· errorẽ hmõi defendẽdo grauiꝰ deliquiſti. vt enĩ ait Vrbanus Pontifex ſanct⁹. Qui aliorũ defendit errorẽ· multo amplius dãnabilior eſt illis qui errant. quia non ſolũ ipſe erat, ſed aliis offendicula erroris pparat et confirmat. vnde qui magiſter eſt erroris non tantum hereticus ſed hereſiarcha dicendus eſt. Audiſtin Hieronyme. quid nunc dices. Credo hercle muſſabis· atqz equo te marte victũ fateberis ſi ſapies. Nec te releuat etiã ſi multos tuis pdicationibus ad veritatem cõuerteris vt affirmas cũ plurimis etiam ſcandalum pbueris. Nõ enĩ boni maliqz mutua admittitur cõpenſatio· neqz ſi multorũ ſalus inde proueniat. econtra autem multorũ ruina ſequatur. interdictum tibi officium iuſte poteris exercere Dicente Saluatore. Nõ eſſe alicui p totius etiã mundi ſalute peccandũ. quod vero ad aſtruendam tui dogmatis veritatem adducis multorum id credentium numerum indies multiplicari hoc minime te excuſat quin potius grauat· quanto plures in tuũ errorẽ traduxiſti. Maumetis ſectam num a deo emanaſſe quis dixerit ꝙ ea totũ orbem inuaſit· peneqz chriſtianum nomẽ extinxit Idolatria etiam ante Chriſti aduentum totũ mundũ infecerat paucis iudeis exceptis quorũ etiam multi apoſtatarunt Taceo hereticorũ ſectas complures que totum mundum olim peſſimis erroribus repleuere· num propterea a deo auctore exierunt.

¶ Capitulum xvij. Quo ei suadetur vt ad obedientiam Pontificis redeat.

q Vare tādē Hieronyime frater resipiscere velis q̄nq̄ꝫ neqꝫ tuū errorem tam obstinate defendere· vt etiā excōmunicatos appelles qui te excōmunicauerūt· dicasqꝫ ob id illis infortunia accidisse permulta. Quibus ego mediussi dius ea potius cōtigisse arbitor q̄m in tua ista contumatia vindicanda nimia quadam lentitudine ne dicam misericordia vsi fuere. Nam vt ait Scriptura Licet Heli summ⁹ sacerdos in se bonus existeret· quia tamen filiorū excessus non corripuit· filijs in bello ꝑemptis· ipse de sella corruēs fractis ceruicibus expirauit. Noli obsecro hereticos dicere qui te euitant iustissime excōmunicatū. nam media quib⁹ id probare conaris falsa sunt penitus atqꝫ inania vt ex p̄missis apparet. Neqꝫ etiam iure potes Pontificem inconstantie accusare si tua ipocrisi seduct⁹ qua infinitos pene decepisti ꝑbenigne prius tecum egit. ꝑ que humaniter ad te scripsit· ac tuā simulatā probitatem laudauit. Cui simul ac tua suꝑbia innotuit aliter ad te scripsit licet humanius q̄ꝫ tua proteruia mereatur. Itaqꝫ Brixiani pretoris fabellam alijs licet enarres rei seriem ignorantibus· non tuā astuciam versutiamqꝫ calentib⁹ Reuertere si sapis ad ecclesie vnitatem. illiusqꝫ tanq̄ꝫ pientissime matris misericordie te suppone. Reuertere ad tui Generalis obedientiā. nec velis hanc tuo ordini infamie notā incutere quippe cum semꝑ Romani pontificis defensores notissimos habuerit· sancteqꝫ ecclesie defensores īnumeros. hereticorū vero ꝑsecutores q̄ꝫ plurimos. Tu prim⁹ illi⁹ candorem denigrasti· fedastiqꝫ non parū contra Pontificē Romāqꝫ ecclesiam tā petulanter proteruēqꝫ prosiliens vt illam cōculcaturum te glorieris. Egregia sane laus ac digna que posterorum memorie demandetur. factum te ex propugnatore fidei heresiarcham et discidiorū satorem. Noli obsecro Hieronyme frater intantū superbire vt ceteris te sapientiorē

sanctiorem que existimes. neque tibi tantũ tribuas. Nemo enim cum sis labi errareque potes ac decipi. Sepe enĩ angel⁹ sathane in angelum lucis se transformat. variosque ac multiplices insidias tẽdit. diuersaque mortabilibus decipula struit euasu per difficilia. Quid ꝓdest tibi ieiuniũ. quid oratio. quid castitas si obedientie humilitatisque vinculũ cõtemnatur sine qua vt ait Ambrosi⁹ alicui veniã sperare nõ licet. Nõne apostolus asserit factum omniũ rerũ qui tota lege seruata in vno deliquid. Aut tu istius noui luminis veritatem quam predicas vel sacre pagine testimonio nos edoce. vel quid sepe es pollicit⁹ alicuius miraculi euidentia confirma. nec tot hominum milia teneas tãdiu suspensa Nunc tempus est expediendi clauem illam qua mirabilia tua arcana illa aperiãtur mundũ ipsum vt in vulgus sepe iactasti sua magnitudine pterritura. Quod si feceris multorum salus eris qui tibi nõ credunt habituri deinceps te vt verum ꝓphetã tuisque dictis fidem indubiam prestaturi. Sin minus heresiarche nomẽ nullo modo poteris euitare nisi ab hmõi errore destiteris.

¶ Cap. xiij. Quo docetur infidelem infamẽ apostatam esse ac scismaticũ Romano põtifici inobediẽtem ac rebellem.

e Teni cũ vna sit ecclesia cuius caput est Christus que sancti spirit⁹ instinctu gubernata errare nõ potest vt sancti oẽs doctores affirmãt. Romana vero ecclesia ab ipso Christo inter ceteras ecclesias primatũ obtineat eadem tamen vnitate durante. ipsi⁹ quoque Romane ac totius ecclesie caput sit põtifex dicente sibi dño in ꝑsona Petri. Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Oẽs autem Christicole Romano Põtifici velut Christi Vicario Petrique successori parere teneantur. idque canonicis sanctiõibus statutũ esse noscatur. Tu cum inobediens illi sis ac rebellis illius ꝑcepta cõtemnẽs nõ immerito hereticus vel infide-

lis es censendus. Dicente propheta, et refert Gregorius in moralibus. Quasi peccatum ariolandi est repugnare. et scelus idolatrie est nolle acquiescere. Sola est que fidei meritum possidet obedientia sine qua quisq3 infidelis conuincitur etiã si fidelis esse videatur. Melior pretera obedientia qui victima cõprobatur. Per illam enĩ propria p hanc aliena caro mactatur. hec ille. Iginus etiam Pontifex. Inobedientes Pontifici infideles appellat, vt refert decretista, qui etiã attestatur Infames atq3 apostatos a Dionisio papa nuncupari. Gregorius vero nulli fas esse ait posse vel velle transgredi apostolice sedis p̃cepta. Sitq3 alienus a diuinis officijs qui noluerit p̃ceptis apostolicis obtẽperare. In veteri quoq3 testamento inobedientes sacerdotibus vt scismatici vt etiã refert diuus Ciprianus eps et martir et Anterius papa. Aut lapidabantur aut gladio truncabãtur. De Datan et Abirõ et sequacibus exẽpla sunt nota. quos terra viuos absorbuit quia contra Moysem murmurarunt. Tu autem palã Pontificem tota mq3 Romanã ecclesiam maledictis acerrimis incessere non desistis. nõnullos etiam tui monasterij frates ad eãdem amentian, insaniamq3 inducis. Quod si in quolibet inobedientia, rebelliq3 cõtra sedem apostolicã est dãnanda. in religioso illam expresse ꝓfitente videtur nullomodo tollerãda Eoq3 es dãnabilior quo firmius in tua ꝓteruitate ꝑsistis. Obstinatior nempe videris q̃ pharao dũ nec peccasse te, nec veniam petijsse nec etam petiturũ asseueras. Imitare obsecro Nabuchodonosor regem, qui deo primum inimicus postea fidelis effectus dignos sue conuersionis fructus emeruit. Te itidem vt facias oro. vtq3 errorem istum a tua mente depelllat. teq3 in rectam veritatis viam reducat, summis precibus altissimum precor.

¶ Cap. xiiij. Quo se auctor excusat.

m Ihi vero Hieronyme frater iure succēsere nō potes si ꝑ summi pōtificis. Romaneqꝫ ecclesie defensiōe paulo liberiꝰ ad te scripsi. Ait enī Propheta. Zelus domꝰ tue comedit me. eoqꝫ libentiꝰ mihi debes ignoscere qđ noui tui luminis ignarus Causam alias in se iustā suscepi. Cuiꝰ quidē luminis si me participē feceris nō pudebit aliter scribere. Neqꝫ enī is sum vt velim veritati agnite repungnare. neqꝫ mihi aliquos defensores parabo vt tu licet sapientiorū iudicio cōtumacia tua iexcusabilis sit. Quorum dicta atqꝫ excusationes pro te allegate pfaciliter ex premissis tollūtur si recte oīa pensitētur. ad rectūqꝫ ac verū sensum trahātur. Te vero interim moneo vt subesse velis Vicario Christi. Qui humiliauit semetipsum vt doceret mortales omnē esse supbie maculam abolendam. nullūqꝫ esse crimen illo detestabiliꝰ. Inicium enī peccati supbia p quam mors intrauit in orbem terrarū vt ait Propheta. Hec vero cū i oīb9 vituperalibis est tū in religiosis maxime ītollerabilis qui ꝓpriam voluntatē dedicarūt altissimo. Qui est benedictus in secula.

¶ Prudens qui intelligit beatum

Esse sui iuris hominem sua seqꝫ tueri
Contentumqꝫ suis/ alienum nolle beatū
Efficiunt igitur si quid quesiueris vltro
Excedunt tua vota/ modum finemqꝫ beati

Iesus.

¶Conclusiones ratiõibus ac signis supnaturalib⁹ pbãde.

¶Ecclesia dei indiget renouatione.

¶Flagellabitur.

¶Renouabitur.

¶Florentia quoqꝫ post flagella renouabitur et ꝓspabitur.

¶Infideles conuertentur ad christum.

¶Hec omnia erunt tẽporibus nostris.

¶Excõmunicatio nuper facta contra venerandum patrem nostrū fratrem Hieronymū nulla est.

¶Non obseruantes eam non peccant.

¶Ego frater dominicus de piscia ordinis predicatorum de mea propria manu me subscribo et obligo ad sustinendū predictas conclusiones non solū cum rõnibus sed cõfidẽdo in adiutorio dei me expono et obligo ad intrandū cū pdicatore fratrū minorū predicante ad p̃sens in sancta cruce in ignẽ in publico sperando p virtutẽ dei saluatoris ad suam gloriam et cõfirmationẽ huius veritatis et ad vtilitatem aĩarum exire illesus et saluus p xp̃m dñm nostrū qui cum patre et sp̃ũ sctõ viuit et regnat in secula seculorū Amen.

¶Ego frater Franciscus ordinis minorū licet indign⁹ sum paratus ad instantiam et requisitionẽ dñorum Florentinorum facere cū fratre Hieronymo de pdictis conclusionib⁹ experimentum quarū quedam probatione supernaturali indigent. Cum dñico vero qui cum nulla est dissidentia alius nostri ordinis frater in ignem subire est paratissimus vocato iudice non suspecto ac omnibus religiosis.

Periit memoria eorum cum sonitu dominus autem in eternum permanet.

Processus.

In nomine domini Amen Anno domini nostri ab eius salutifera incarnatiõe. M.cccc.xcviij Inditione prima/die vero nona/Mensis Aprilis.

Examinatio infrascripta fratris hieronymi nicolai savonorale ferrariensis ordinis predicatorum facta de eodẽ per spectabiles et prudentes viros cõmissarios ac examinatores ex magnifico dominio Florentinorũ solenniter electos et deputatos/ vid dicet duobus de numero. Confaloneriorum id est vexilliferorum cõmunitatis populi.

¶ Charolo danielis canigniani.
Joanne domini ioannotij manetti.
Duobus de numero duodecim bonorum virorum.
Joanne anthonij canacci.
Balthasare bernhardi brunetti.
Duobus de numero decem novorum libertatis et pacis.
Petro danielis de albertis.
Benedicto tanai de nerlis.
Doffo angeli spini vno de numero.viij.novorum.
Thomaso bernardi anthenori.
Francisco luce domini masi de albicis.
Juliano iacobi mazinghi.
Petro bertholdi corsini.
Braccio domini dominici martelli.
Laurentio matthei morelli.
Anthonio iacobi pagniozi rodolfi.
Andrea ioannis larioni.
Alfonso philippi strozi.
Civibus Florentinis/qui in infrascripta examinatione procedunt modo infrascripto/in societate etiaz et presentia domini Simonis rucellai/ et dñi Thomasi arnoldi canonico-

rum Florentinorum per ordinem et commiſſionez ſanctiſ-
ſimi domini noſtri pape.

¶ Die.ix. preſentis menſis Aprilis dictus frater Hieronymus fuit interrogatus et examinatus ſuperius in aula baroncel-li primo verbis/ poſt minis/ poſtea cum tortura/ et habuit dicto die in duabus vicibus tractus.iij. et medium de fune/ Poſt hec diebus.xi.xij.xiij.xiiij. xv.xvi.xvij. fuit ſingulis ex-aminatus circa eaſdem res cum verbis et confortationibus ſine aliquo tormēto aut leſione aliqua corporis. Et q̄zq̄z in omnibus diebus in aliquibus rebus variaſſet et diceret quā-doqꝫ vno quandoqꝫ alio modis/ nihilominus die.xviij. in-terrogatus denuo verbis et ſine tortura aut leſione corpo-ris/ confeſſus eſt et affirmauit quod et quantū in dicto exa-mine continetur.

¶ Poſt item hec et diem ſupraſcriptum die.xix. Aprilis eiſdez modo et mente ſine tortura aut leſione corporis/ ſed cum verbis humanis et confortationibus habita denuo et rele-cta ac bene conſiderata tota infraſcripta examinatione cō-firmauit et dixit in preſentia dictorum canonicoruz exami-natorum et commiſſariorū eſſe verum in toto et per totuz quantum in dicta examinatione narratur/ et ſic ſe ſubſcri-pſit ſpontanea mente cum ſua propria manu.

Articuli

¶ Veritas eſt qđ ante.xv. annos exiſtente me in monaſterio ſancti Georgij prima vice quando fui Florentie cum fratre Thomaſo ſtrata qui eſt mortuus qui loquebatur cum vna ſua ſorore monacha. Et in illo medio in eccleſia cogitabaz cōponere vnā predicationē et īter penſandū venerūt mihi ī mentē multe ratiōes ⁊ fuerunt circa.vij.p q̄s mōſtrabatur qđ ecc̄ie appropinq̄bat aliqđ flagellū/ et pꝰ hoc citra cepi pē-ſare multa ſilia et multum diſcurri ſcripturas et eundo ad ſctm̄ Geminianū ad p̄dicandum cepi p̄dicare ꝓponendo

istas conclusiones qd ecclesia debebat flagellari et cito reno
uari. Et hoc non habebam p reuelationē sed per rationem
scripturarum. Et sic dicendo et in hoc modo etiā predicaui
Brixie et in multis aliis locis lombardie aliquādo etiam de
hiis rebus vbi degi annos circa quattuor et post redii Flo
rentiā ab eo die quo ego fui in sancto Georgio sicut supra
dictum est ad meū reditum currerunt anni. vii. circa tempo
ris. Et cepi in prima die Augusti in scto Marco legere Apo
calipsim qd fuit Anno. M. cccc. xc. Et pposui similiter illa s
met conclusiones supradictas Deinde in quadragesima p
dicaui in ecclesia sancte Liberate hoc ipm nō dicendo tamē
vnquā qd ego habuissem per reuelationē, sed pponēdo vt
crederent rationibus affirmando istud cū maiori efficatia
qua potui. Post hoc pacta pascate illi⁹ quadragesime Fra
ter Siluester rediens de sancto Geminiano dixit mihi qd
dubitabat de rebus quas ego dicebam reputando me fatuū
Apparuit ei in vigilia visibiliter scdm qd dixit. Vnus frater
noster mortuus qui reprehendit eū et dixit ei hec verba. Tu
nō debes cogitare istud de fratre Hieronymo quē tu cogno
scis. Post hoc habuit multas alias apparitōes similes scdm
qd mihi dicebat idē frater Siluester. Et ppterea vltra desi
deriū et accensionē quā habebam ad pdicandū consimiles
res. Accendi me ad affirmandū eas etiā in aliqua pte pl⁹ q̄
prius q̄q̄ in facto essent omnes mee inuentionis per meū
studium et videndo res mihi bene succedere pcessi magis q̄
antea et videndo mihi grām et reputationē in populo Flo
rentino accrescere cepi dicere q ego habebam p reuelationē
et sic cepi exire extra sortē q fuit vna mea magna psumptio
et pluribus vicibus dicebam de rebus quas mihi referebat
frater Siluester cogitando aliqñ q essent vere nihilomi
nus ego nō loquebar deo nec ipse mihi in aliquo speciali mo
do. quo deus loqui solet suis sanctis apostolis vel pphetis
aut aliquo simili. sed ibam pure sequendo meas pdicatōes

cum fortitudine ꝛ industria mei ingenij. Et presumptuose affirmabam illud qđ nesciebam esse certū/ volens totū qđ inueniebaꝫ cū meo ingenio esse verū/ ꝛ eo plus in hac re me inebriaui/ quo prodij ad dicenduꝫ qđ eram certior de tali re q̄ꝫ eram in veritate/ ꝛ in ambone ꝙ eram certior q̄ꝫ qđ duo ꝛ duo faciunt quattuor/ et totū hoc ad dandum plus crediti ad res quas dicebam/ ꝛ ad confirmandū eas plus in mentibus hominū/ ꝛ faciebam eas verisimiles cū ratōnibus ꝛ similitudinibus/ stando semꝑ fortior in mea opinione ad apparendum pure ꝙ ego dicerem verū ꝛ qđ esset ex deo/ Sed ego nihil sciebam imo gloria mundi me excecauit.

¶ Et in hoc modo me conduxi vsqꝫ ad annū. M.cccc.xciij. Post incepta hac tempestate. M.cccc.xciiij. In qua cepi affirmare plus res meas/ non solum pro gloria sed ad cōducendum opam Florentine gubernationis/ tum pro reputatione/ tum pro haēndo ad meā voluntatem/ ad valenduꝫ mihi vt infra dicetur. ꝛ etiam ad habendum creditum extra Florentiam/ et sic affirmabam de Pisanis ꝛ bonis ciuitatis Florentie ꝛ malis et alijs rebus particulariter. In isto eodē modo non eram certus posse facere miracula aut signum super naturale sicut pluribus vicibus dixeram ꝙ fieret loco ꝛ tempꝫ/ sed affirmabam ad danduꝫ estimationē opi meo.

¶ Quantū ad visiones fratris Siluestri quales essent non curabam sed ostendebam me ei satis curare/ quia erāt inuēte omnes meo ingenio ꝛ mea astutia/ q̄ꝫq̄ꝫ etiā si res fratris Siluestri mihi veniebant ad propositum/ tamē dicebam et attribuebam eas mihi ad dandam maiorem estimationem reb⁹ nostris vt si esset ī eis aliquis pulcher aut curiosus pūctus. Sed sciatis pro certo ꝙ hec res quam ego cōduxi. Ego eam conduxi cum industria per philosophiaꝫ naturalem que multum seruiebat mihi ad probandum eas res efficaciter ꝛ ad persuadendum/ postea expositionē scripture adiuuabat illa materia/ et semper meum ingenium versabatur

in his rebus grandibus ⁊ vniuersalibus/ hoc est circa guber
nationem Florentie/et circa res ecclesie ⁊ parum curabaz de
rebus particularibus aut puis. Ad finem dico fuisse meam
industriam/ q̄zq̄z frater Siluester dixisset plures suas visi
ones/fortissimum erat in meo ingenio/tamē ego accipiebaz
et dicebam ea esse de deo scḋm qḋ veniebant ad propositū/
et fingebam et monstrabam illi credere ꝙ habuisset de deo/
et illum confortabam ꝙ non dubitaret/ sed nec ille nec fra
ter dominicus intelligebant meam intentionem/quia ibam
cum eis cum grandi industria et astucia.

¶ Sicut superius/dico ꝙ cepi ad predicendū res plures an
nos antequā frater Siluester retulisset mihi suas visiones
et quando non fuissent visiones fratris Siluestri dixissem
hoc ipsū/ nihilominus sicut superius etiaz dixi mihi de eis
